VICTOR VITENSIS. ETC.
12. Jh. Seite 64r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26539
Copyright: Admont, Benediktinerstift



currebant. sic quidam eps inter illos ceteris cru
delior antonius nomine. qui tam nefaria et incredi
bilia in nros exercuit. ut narrari non queant. Fuit
iste in quadam ciuitate proxima heremo. que tripolita
ne prouincie uicinatur. Qui ut bestia insatiabilis catho
licorum sitiens sanguinem huc illucque ad rapiendum
furens excurrebat. Nam impius huniricus sciens an
tonii ferocitatem in ipsis heremi partibus uoluit scm
eugenium relegare. Quem dum custodiendum an
tonius accepisset. ita eum arciori custodia cinxit.
ut nullum ad eum introire permitteret. insuper ua
riis insidiarum atque poenarum suppliciis extingue
re cogitaret. Sed eugenius scs dum nre persecutio
nis defleret incomoda et asperitate cilicii senilem
adtereret corpus. nudamque super humum cubitans.
stratum sacci sui rigaret imbribus lacrimarum. ali
quando sensit infestum parilysis morbum. Quo nun
tio in gaudium conuersus arrianus pergit festinus ad cu
bile eximii hominis dei. Et cum urguente uide
ret passione uerum pontificem balbutientia uer
ba producere. cogitauit simul extinguere quem